



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

32. De ijs, qui ex hac vitæ emigraturi, pura c[on]scientia Eucharistiam participant, ab angelis deducuntur, propter reuerentiam tanti Sacramenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

exigemus? quantam religionem? considera enim quales manus illa administrantes esse oporteat: qualem linguam, quæ verba illa effundat: qua denique re non puriorem sanctioremque esse conueniat animam, quæ tantum illum, tanquam dignum spiritum receperit. Per id tempus & angeli sacerdoti assident, & cælestium potestatem vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, angelorum choris plenus est. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto sacrificio, quod tum peragitur. Ego verò & commemorantem olim quendam audiui, cum diceret senem quendam, virum admirabilem, ac cui reuelationum mysteria multa fuissent diuinitus detecta, sibi narraffe, se tali olim visione dignum habitum à Deo esse, ac per illud quidem tempus derepentè angelorum multitudinem conspexisse (quatenus ad spectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus indutorum altare ipsum circumdantium: denique sic capite inclinatorum, vt si qui milites præfente rege stantes videat.

D. Ioannes Chrysost. lib. 6. de Sacerdotio, qui ex hac vita emigraturi pura conscientia Eucharistiã participant, ab angelis deducuntur, propter reuerentiã tam sacramenti.

CAP. XXXII.

Alius quidam mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus, sed dignus habitus qui

68 COLLATION. SACRAR.

qui id & vidisset, ipse, & audiisset, quod quod
 hac vita emigraturi sunt, si myfteriorum cum
 iusmodi cum pura ac munda conscientia nem,
 rint participes, spiritum efflati ab angel denit
 lorum animas satellitum more stipanti Mu
 propter assumptum illud sacrum, hinc re prop
 in caelum abducuntur. tinge

*Ex Hermio Sozomeno lib. 8. Ecclesiastica Hist
 cap. 7. conigit autem circa annum Domini 431
 muliere, qua in sumenda Eucharistia virum su
 re volens, panem vulgarem loco Eucharistia
 composito sumens, eundem in lapidem conuersi
 persensit.*

CAP. XXXIII.

VIR quidam è Macedoniana hæresi vi
 rem eiufdē opinionis habebat. Hic
 Ioannem Chrysoftomum, quomodo de
 sentiendum esset docentem audisset, dog
 illius laudabat, & vxorem quoque vt sece
 sentiret, hortabatur. Cū verò illa magis
 bilium mulierum sermonibus, quàm illi
 consuetudini obtemperaret, & post frequen
 tes admonitiones vir illius nihil effecisset: N
 si, inquit, in diuinis confors fueris, neque
 vitæ communionem post hæc eris. Mulier he
 audito, & consensum pollicita, rem eam
 mula cuidam communicat, quam sibi fida
 esse iudicabat, illiusque opera ad fallendū
 virum vitur. Circa tempus autem myfterio
 rum (sciunt initiati quid sit, quod dico) illi
 quod